

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Calcei mullei, qui rubri fuerunt, ab iis qui curulem gesserant magistratum,  
& triumphantibus sumpti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

gentius Vir CL. Jacobus Gronovius,  
magni illius Iohannis Frederici  
filius, qui paternis insistens vesti-  
giis reconditas literas ab interitu  
vindicare nititur, & unus omnium  
Dionem nobis integrum dare po-  
test, uti illustri documento jam  
reliquit testatum.

XII. Atque uti à regibus Al-  
banis primo, dein à Romanis  
rubri calcei gestati fuerunt, ita  
postea mullei usurpati sunt. Hi vero  
*mullei* rubri fuerunt, & quidem  
olim tanto loco habitи, ut qui in  
curuli magistratu erant, non eos  
semper & ubique gestarent, sed  
diebus tantum solemnioribus, &  
ludorum celebratione, & cum  
thensas ducerent, uti jam pridem  
monuerunt viri eruditи. Ipsи, qui  
triumphabant, calceos rubros sive  
puniceos sumebant. Docuit hoc ma- Casaub. ad  
gnus Casaubonus ex veteri lapide, Suet. Iul.,  
qui ad C. Marii memoriam Arimi. cap. 45.  
ni positus est: DE. M A N U B I E I S.  
C I M B R I C E I S. E T. T E U T O-  
N I C E I S. A E D E M. H O N O-  
R I. V I C T O R. F E C I T. V E S T E.  
T R I U M P H A L I. C A L C E I S.  
P U N I C E I S. Quem etiam exhibent

62 De CALCEIS HEBRAEOR.

Salm. ad  
Vo pisci  
Aurelian.  
Bald. de  
Calc. Ant.  
cap. 10.  
Rub. de  
Re Vest.  
I, 2, c. I.

Mart. lib. 2  
Epigr. 29.

Ferr. in  
Anal. de  
Re Vest.  
cap. 34.

Procop.  
lib. 3. de  
Ædif.  
Justiniani.

Claudius Salmasius, Benedictus  
Balduinus, Albertus Rubenius,  
& complures alii. *Calcei punicei*  
in illa inscriptione sunt mullei,  
vel ἐρυθρόχροοι, uti Dio vocat, qui  
triumphantibus gestari soliti. Coccineorum calceorum etiam memi-  
nit Martialis, cum in Rufum quen-  
dam, qui pedes cingebat coccini  
aluta, ita ludit:

*Non hesterna sedet lunata ligula  
planta,  
Coccina non læsum cingit alii  
pedem.*

De quo loco videri possunt qua  
disputat vir insignis ingenii &  
doctrinæ Octavius Ferrarius.

XIII. Posteriori ævo hic mos ge-  
standi calceos rubros ad Imperato-  
res transiit, uti docet Procopius:  
Τὸν ποδῆσαν, inquit, μέχει εἰς τὸν  
φοινικὸν χρώματον, οὐ δηβασιλέα μόνον  
Ρωμαῖον τε οὐ περσῶν πανδεῖσας θεῖται.  
*Calcei usque ad genua punicei coloris*,  
quibus solis Romanorum & Persarum  
regibus calceari licet. Quod quidem  
translato ad Bizantium imperio illis  
Imperatoribus singulare fuit, ut  
gestarent πέδηλον ἐρυθρὸν σιγε φοινικόν  
βα-